10

deus per creationem et non tamen deus omnium est per receptionem, cultum et deuotionem, sed tantum bonorum, unde sepe dauid dicit in psalmo, deus, deus meus, per hoc illum ostendens deum omnium per condicionem, sed fidelium tantum, ut iam dictum est per cultum et deuocionem. Interpretatur etiam Elyzabeth dei mei saturitas. Et hec nominis interpretacio illi realis fuit virtutibus eius congruens. Nam domini operibus misericordie sicut in sequentibus dicetur ipsa saturauit, pauperibus et indigentibus qui membra christi sunt tribuens victum vestitum et hospicium. Quam et deus multipliciter saturauit, hoc est, spiritualiter, doctrinaliter et sacramentaliter. Gracia dei cibus est, animam reficiens et confortans, panem habens diuine contemplacionis et vinum deuocionis. Vox dei animam saturantis est, comedite amici et inebriamini karissimi. Panem diuine contemplacionis quam habundanter eciam usque ad ebrietatem potauerit, ipsa sola scire potuit, que gustauit et deus qui esurientem atque sicientem utroque dono

+ tn Ms. (tantum?)

L tm Ms.

^ mie, ms.
dni requir... deum ...

df

^ saturantis; ms.

commedite?